Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



7.

natiuitas scilicet xpi passionis & resurrectionis & in caelum ascensionis;
In alius locis euangelium xpi dicitur; Marcus enim ait initium euange
lii ihu xpi uerum; quia xpus uerbum est & in principio erat apud dm & dm
erat uerbum unum atq; idem dicitur euangelium di & euangelium xpi.
ipse enim dns dicit ego & pater unum sumus; & pater loquitur dicens omnia mea
tua sunt & tua mea & ideo euangelium patris euangelium filii est;
Quod ante promiserat per proph&s suos in scripturis sanctis. Quae de xpo
praedicta sunt per proph&s haec & alia de euangelio predicta esse sentiendum
ut illud dns dabit uerbum euangelizantibus uirtutem multa & quam
speciosi pedes euangelizantium bona & alia plura simul & ostendit se non
alium praedicare xpm quam cuius euangelium pph&e promiserunt esse uen
turum ipsos asserit di pph&s esse & illius scripturas sanctas quae de xpo
ante cecinerunt; de filio suo. Multi filii gratia hic natura. cuius & ita incar
ne natiuitas dissimilis caeteris inuenitur eo qd ex uirgine natus est;
Qui factus est ei ex semine dauid secdm carnem. Factus pspm, si enim
secdm carnem factus est secdm uerbi utriq; substantiam factus non est;
Qui praedestinatus est filius di in uirtute. Ipsa igitur predistinatio
sanctorum quae in sancto sanctorum maxime claruit. quam negare quis potest
recte intellegentium eloquia ueritatis; quam & ipsum dnm gtae
inquantum homo factus est di filius predestinatum esse dicimus. clamat doctor
gentium in capite epistolarum suarum. De filio di qui factus est ei ex semine
dauid secdm carnem; qui predestinatus est filius di in uirtute secdm spm
sanctificationis ex resurrectione mortuorum; sic ergo predestinatus est
ille unus ut caput nrm ecclesia multi predestinati sumus ut membra
ei essemus; Vocauit enim dns predestinatos multos filios suos ut eos fa
ciat membra predestinati unici filii sui; Secundum spm sanctificationis
Sanctificationis uero spus dicitur secdm hoc qd pb & omnib; sanctatem sicut
& alibi de eo scriptum est. Qui factus est nobis sapientia a deo & sanctificatio;
Ex resurrectione mortuorum ihu xpi dni nri, non omnium
resurgentium. sed ad xpm pertinentium in ipso xpo resurrectionis forma
praebenditur ut prior omnib; uia resurrectionis di filius aperiret & de
quib; ipse dixit; Quia filii dei sunt cum sint filii resurrectionis; Per quem
accepimus gratiam & apostolatum. per xpm accepisse se dicit gra
tiam & apostolatum ut pote mediatorem di & hominum. gratia ad la
borum patientiam referenda est. ut ipse ait. plus omnib; laboraui non
ego sed gratia di mecum; Apostolatum ad predicationis auctoritatem. sue
gratiam in baptismo. apostolatum quando a spu sancto directus est accepit;